



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

91. An Reliquiæ alicujus Sancti noviter inventæ debeant approbari ab Episcopo? Ex quo etiam oriuntur aliæ difficultates; & ideo quæritur primo, an Religiæ Sancti nondum Canonizati possint approbari ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

# Quoad Absol. & Disp. &c. Ref. XC. &c. 355

& populus absque causa iusta contradiceret, tunc enim tali contradictione non obstante est seruandum scilicet.

Verum his non obstantibus licet de iure superdicta opinio vera sit, de consuetudine tamen affert aliqui quod dies festi sola Episcopi auctoritate adhibito consilio Clericorum, non tamen suffragio, statuuntur. Ita Fagundez prae*c. 1. lib. 1. c. 3. num. 11.* In*lib. 2. tom. 2. tract. 3. 1. diff. 1. n. 3.* In*ibidem.* afficit; que solo el Obispo puede hacer fiesta à la Santa que tiene la Iglesia Romana pueblos en el Kalendario. Adde quod obseruat Suarez de Relig.*tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 9.* & Fagundez vbi supra, in cuius quo loquimur, satis consentire populum cum Episcopo per hoc solum, quod non contradicat, & in synodo posse Episcopum sine populi consentiatis falsos indicare, tradit Gauamus in encirbit. Episcoporum allegat. 105. num. 39. Sit tamen Episcopus parvissimus in institutione festorum, ut adiutet Say-*rus in clavis Regia, lib. 7. c. 3. n. 16.*

## RESOL. XC.

*An Episcopus possit instituire diem festum alicuius Beati nondum Canonizati?*

Ei natura, quod quando Pontifex concedit Sacerdotiis certi Religionis, ut certo die dicant Missam de aliquo S. Beatificato, tunc non possunt facere Officium, & Missam de dabo S. Beatificato.

Ei quicunq; anticeat S. Beatificatum invocare in publico Litaniis, vel pingere Imaginem viri Sancti nondum Beatificati cum radice, & diademate? Ex patr. 3. tr. & Msc. 1. Ref. 9.

*N*egatiam sententiam docent Sanchez in *Natura, tom. 1. lib. 2. c. 43. num. 9.* Azorius *tom. 1. lib. 1. c. 26. q. 4.* Barbola in *Collect. tom. 1. lib. 2. cap. 1. 1. 24.* Villalobos in *summam, tom. 2. tract. 3. 2. lib. 1. n. 8.* & alijs.

2. Non retineam affirmatiuam sententiam doce-

re Suarez de *adig. 10. 1. lib. 2. de diebus festis, c. 1. n. 4.*

& post illum Fagundez *prae. 1. lib. 1. c. 3. n. 14.*

& quia nihil aliud est Beatificatio, quam quedam canonizationis vero apparata celebrata. Sed his non obstantibus, negatiam sententiam tenendam esse possum, quoniam nouissime docet etiam Lucas Castellinus de *Canon. sancti. c. 1. punt. 34. 5. 7.* & ideo tempore

Pauli V. humiliter petit Republica Veneta, ut fe-

stum Beati Salomoni in eadem ciuitate coleretur, &

idem euenit tempore Greg. XV. pro Beato Alberto

Magni, id petente Archiepiscopo Ratisbonensi. No-

bius obiter, quod quando Pontifex concedit

Sacerdotibus certa Religionis, ut certo die dicant

Missam de alio Sancto Beatifico, non possunt facere

Officium, neque in illa dicere Officium, & Missam de

dicto Beatificato, ut appareat apud Turianum in *2. 2.*

*tom. 1. diff. 17. lib. 18.* cautè enim in his materiis pro-

cedendum est.

3. Vnde neque licet etiam Sanctum Beatifica-

tum intuotare in publicis litanis, quidquid aliqui re-

centiores affert, & ita docet Portiel in addit. ad *du-*

*bius regul. ver. Reliquia Sanctorum, n. 11.* Lucas Ca-

stellinus de *Canon. sancti. c. 2. punt. 6. §. 2. & seq.* qui

etiam optimè *punt. 51. §. 2.* docet facultates Summo-

rum Pontificum in his materiis esse potius restrin-

gentias, quam dilatandas. Et tandem non sunt au-

dient recentiores cum Molisio *cens. 45. num. 31.*

qui affert licet esse depingere imagines viri

Sancti nondum beatificati, cum radis, vel diadema-

to. Contra quos, & merito, insurgunt Bellarminus

*tom. 1. lib. 1. de Beat. sancti. cap. 7. Azorius tom. 2. lib. 3. cap. 6. q. 8. Fagundez praecept. 1. lib. 1. cap. Turianus in 2. 2. tom. 2. diff. 17. dub. 11. & alijs.*

## RESOL. XCI.

*An Reliquia alicuius Sancti nouiter inveniuntur debeant approbari ab Episcopo?*

*Ex quo etiam oriuntur aliae difficultates, & ideo quaeritur primò, an Reliquia Sancti nondum canonizati possint approbari ab Episcopo?*

*Quaeritur secundo, quenam certitudine requiratur, in approbadis supradictis Reliquiis?*

*Tertio, Pan vota Theologorum fini in hoc casu consultua, tanum, utrum Episcopus possit decernere aduersus eorum placita?*

*Quarto, an si oriatur aliqua grauis questio, & ideo conuocetur Concilium Provinciale, vota Episcoporum fini decisivas, & non consultuas?*

*Quinto, an Episcopus extra Diocesim possit approbare Reliquias vigore Concilii Tridentini sessione 25. de Reliquiis? Ex part. 2. tractatu 15. & Milc. 1. Rel. 5. 1.*

**§. 1.** Respondeo affirmatiuè, ex Concilio Tridentino sessione vigesimaquinta de reliquiis & vener. Sanctorum, vbi ait: Nulla esse admittenda noua miracula, nec nouas reliquias recipiendas, nisi codem recognoscente, & approbante Episcopo, qui simul atque de iis aliquid compertum habuerit, adhibitis in consilium Theologis, & aliis piis viris, ea faciat, que veritati, & pietati consentanea iudicauerit. Quod si aliquod dubium, vel aliqua de iis rebus grauior questione incidat, Episcopus antequam controversiam dirimat, Metropolitanus, & comprovincialium Episcoporum, in Concilio Provinciali sententiam expendet. Ita Tridentinum. Ex quibus verbis oriuntur aliquæ difficultates, unde ad elucidationem huius materie.

2. Quaeritur primò, quenam certitudine requiratur in approbadis supradictis reliquiis? Respondeo, esse necessariam certitudinem moralem, deductam ex probabilibus argumentis, non autem evidentiam, & argumenta infallibiliter concludentia. Ita in terminis notauit Ambrofius Morales in *2. p. Historia generalis Hyst. lib. 17. c. 5. in fine*, narrans inventionem Sanctorum corporum, que Cordubæ inuenta sunt anno 1575. & quia codex ratus est, ponam per extensum eius verba. Para todo loque deſto ſe traerar conviene mucho advertir, como en la materia deſte Sancto negocio no puede haber evidencia ni argumentos, que del todo concluyan, ſino una buena probabilidad moral deducida de buenos principios, y fundamentos de donde ſe forman razones, que tienen toda la fuerza; de que es capaz la materia, por ſer ellaſ coſas de ſuyo difiſiles de aueriguar, y que ſe deve tener en mucho qualquier apariencia de buena razon, y converteſtia que ſe pue de hallar. Et in lib. 13. cap. 37. loquens de Cruce ab Angelis fabricata, tempore Regis Alfonſi cognominati el caſo, ſic aſſicit: Es menester, que tengamos en ſemejantes roſas una piadosa affection en nuestra alma, la qual ſin falta andando examinando lo todo, no ay nada, que desbiche, y condenne. Porque yo pregunto, que milagro podra haber averigado, que reliquias de Santos ciertas, ſin queremos creer con blandura de corazon, ſino porſiar contradiſiendo; En todas ſe hallara ſiempre algo, de que ſe pueda dudar, ſi ſe andan eſtudiando menudencias con rigor, ſi ſe defenbuelben particularidades, ſi poniendo redio a pleyno queremos que todo eſte auerigudo y manifesto. Sic ille, que omnia fatis explicita verba illa Concilij que-

Gg 4 pictati,

### 356 Tract. III. De Potestate Episcoporum,

icitati, & veritati conscientia iudicauerit, & alias, qua  
habentur in c. placuit, de consecr. diff. 1. vbi assertur  
a Pontifice, quod illæ reliquæ sunt honoranda, quæ  
ceras sunt, videlicet non evidenter, sed ex rationibus  
probabilibus. Nam, ut notat noster Naldus in sum.  
ver. certum, num. 1. & Sylv. ver. matrimonium,  
quest. 13. ille dicit cerus, qui probabiliter, & non  
temere credit.

3. Quæritur secundò an reliquæ Sancti nondum  
canonizati, possint approbari ab Episcopo?

Affirmative videtur respondere Petrus de Lorca  
in 3. part. D. Thom. quest. 25. artic. 6. disp. 98. num.  
10. Sed contraria sententia proposita est amplectenda  
ut contra Lorcam rectè adnotauit Zuparus in analyt.  
Eccl. lib. 3. de reliquis, & vener. Sanctorum. num. 3.  
vide etiam Azorium tom. 1. lib. 9. capit. 8. quest. 8.  
Suarez in 3. part. tom. 1. disp. 5. sect. 2. & Barbofam  
de poef. Episc. part. 3. alleg. 97. num. 10. qui citat  
multos alios, & ideo illa verba Concilij reliquias  
nouas, accipienda sunt pro nouiter repertas.

4. Quæritur tertio: an vota Theologorum sint  
in hoc casu constitutiva tantum, ita ut Episcopus posse  
sit decernere aduersus eorum placita. Respondeo  
affirmative. Ita Bonacina tract. de legib. disp. 3. quest.  
1. punct. 4. num. 5. & Sanchez in summa. tom. 1. lib. 2.  
cap. 45. num. 15. Et ratio est, quia vbi solum aliquis  
consilium petitur, non est necesse illud sequi, ut patet  
ex locu pater. §. mando, ff. de leg. 2. & probat  
Menoch. vol. 1. cons. 69. num. 17. & 18.

5. Quæritur quartò: an si oratur aliqua grauis  
questio, & ideo conuocetur Concilium Provinciale,  
an vota dictorum Episcoporum sint decisiva, & non  
confutativa, ut de votis Theologorum diximus supra.  
Respondeo esse vota decisiva. Ita Bonacina, & Sanchez  
vbi supra, quia Concilium non petit consilium  
ab Episcopis, sed sententiam. Notandum vero quod  
maior pars eorum sententiam faceret, ut supra dicti  
Auctores notant, nam sententiam, quam maior pars  
Concilij tulit, ceperunt à toto Concilio lata, i. quod  
major, ff. ad municip. & cap. apostolorum, diff. 16. Et  
non sufficeret, vt major pars Episcoporum scotsum,  
& extra Concilium sententiam ferat, sed ipsam conciliante  
ferre debet in ipsoem Concilio, vt fecerunt  
Episcopi in Concilio Provinciali Toletano anno  
1583, approbando reliquæ non iter inuentas Sanctorum  
Fausti, Iauario, & Marcialis, quas antea approbauerat  
Episcopi ciuitatis Cordubæ, quæ omnia  
inuentae apud Ambrosium Morales in hisp. Hispan.  
lib. 17. cap. 12.

6. Quæritur quintò, an Episcopus extra Diœcesem  
relicquias approbare possit: vigore dicti Conc.  
Trident. Respondet affirmativè Barbosa de potest.  
Episc. part. 3. alleg. 97. num. 14. vbi assert, posse  
Episcopum extra suam Diœcesim existentem, absque  
aliqua Episcopi Diœcesis licentia, approbationem  
facere, & facultatem concedere, ut in sua Diœcesi  
publicè reliquiae collocentur venerand. Et ratio est,  
quia haec non est iurisdictione contentio, sed voluntaria;  
iurisdictione autem voluntaria exerceri potest  
extra Diœcesem propriam, etiam sine facultate Episcopi  
illi illius loci, in quo exercetur iurisdictione, vide Bo.  
nacinam, & Sanchez vbi supra.

#### RESOL. XCII.

An Episcopus teneatur constitui Vicarium Generalem?

Et an possit Episcopus creare Vicarium ante appre-  
hensionem possessionis Episcopatus?

Et an Vicarius habeat potestatem delegaram, vel or-  
dinariam?

Idem est dicendum de Vicario Capituli sede vacante.  
Et an Episcopus ad expediendas causas possit confi-  
ciere duos principales Vicarios, dummodo tam  
ijs sint in loco, vbi sedem habet?

Ex quo fit, quod non possit creare duos Vicarios Ge-  
nerale, in principalibus locis duarum Diœcensum,  
aque principaliter unitarum. Ex part. 10. tract. 15.  
& Misc. 5. Res. 31.

§. 1. A Liqui affirmatiue respondent. Ita Baldus  
in lez aliquando num. 1. appos. 4. ff. de  
offic. Procons. Panormi. in cap. quoniam, n. 3. de offic.  
ordin. Ruini. cons. 148. numer. 41. vol. 2. Boët. decisi.  
247. num. 6. Rebuff. in præxi titul. de Vicar. Episc.  
num. 15. & 18. Couat. lib. 3. variar. resol. cap. 20.  
num. 4. Foller. in præxi crim. can. part. 1. mor. num. 74.  
Mar. Ant. Cucc. inst. maior. lib. 2. tit. 6. de Episc.  
num. 73. Sbroz. alios referens lib. 1. de Vicar. Episc.  
quest. 46. & 48. Azor. inst. mor. tom. 2. lib. 3. cap. 29.  
quest. 3. ver. Quo loco. Lancelot. inst. Canon. lib. 1.  
tit. de offic. Vicar. gloss. verb. Non potest. & alijs. Vnde  
nouissime Gauantus, in Man. Episc. verific. Vicar.  
num. 1. sic ait: Non potest Episcopus creare Vicarium  
ante apprehensionem possessionis Episcopatus, Sbroz  
de Episcop. Vicario. lib. 1. quest. 46. num. 15. Tene-  
tur autem cum create adopta possessione, & potest  
cogi, idem ibid. num. 3. numerum à Metropolitanano  
dato certo termino. Statuto termino, & clauso potest  
creari ab Archepiscopo, idem q. 57. ex Trid. Jeff. 24.  
c. 16. Ira Gauantus.

2. Sed ego puto per te loquendo non teneri Episcopum  
constituere Vicarium generalem, qui loco  
sui iurisdictionem Episcopalem exerceat in codem  
Tribunali, sed posse per se ipsum illam exercere si  
idoneus est. Dixi, per se loquendo, quia si necessitas  
hoc postularet utique ad id teneretur, ut dicitur in  
cap. quoniam de offic. Ordin. & can. petisi. 7. quest.  
1. & docet Glost. in cap. 2. ver. Stauanur ne Prelati-  
vices suas. Et hanc opinionem amplexa est Rota  
Romana, ut videre est apud Puteum decisi. 43. lib. 2. Mo-  
hend. decisi 4. de offic. Vicar. & fuit dictum in vna Vi-  
terbiens. & Tuscan. Vicarij, Veneris 3. Marij 1617,  
coram D. Canalerio, & vna Calaguritana fratribus  
18. Martij 1583. coram Bubalo, qua est inter decisi.  
dineris. 22. num. 5. part. 2. ut refert Aloys. Ricc. in  
collect. decisi. part. 5. collect. 1602. & in præxi fori Ec-  
cles. resol. 484. m. 2. edit. Et quod Communias loci  
non possit petere manutentionem contra Episcopum,  
ut retineat in illo loco Vicarium generalem, est  
decisi. Capitagu. 306. num. 3. part. 1. candem opini-  
onem tenent Ioan. Andri. in cap. cum ab omni de  
virt. & honest. cler. Archid. in cap. statutum dere-  
script. in 6. Felin. in cap. Quoniam de offic. Ordin.  
Sanch. lib. 8. de matrim. Flamin. alios referens de re-  
signar. benef. lib. 5. quest. 16. num. 54. Gonzal. ad reg. 8.  
cancel. gloss. 4. num. 66. Steph. Grat. tom. 1. diffus.  
forens. cap. 92. num. 15. Quarant. in summa. Bullar.  
verb. Archepiscopi autoritas, num. 21. prope finem.

3. Probari potest haec opinio. Primum ex dict. cap.  
quoniam, vbi dicitur teneri Episcopum constitui  
sibi Vicarium quando virgines necessitas postulari;  
ergo arguendo à speciali, citra virginem necessita-  
tem non tenetur. Secundò: quia nulla potest assignari  
sufficiens ratio, cur non possit Episcopus face-  
re per se ipsum, si est idoneus id quod facit me-  
diante Vicario.

4. Verum insurgit hic difficultas: An Vicarius  
habeat potestatem delegaram, vel ordinariam. Et  
non habere potestatem ordinariam affirmat Alexander  
in rubr. de offic. eius, n. 17. Gofft. in summa tit.  
de offic. Vicar. n. 2. Alciat. in rubr. de offic. ordin. q. 24.  
Sot. in 4. diff. 18. quest. 4. art. 2. vers. Circa concessio-  
nes